



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia LXVI. Et uenit Bethsaidam, & offerunt ei cæcum, & precantur eum ut ipsum tangeret. Tunc apprehensa manu cæci eduxit eum extra uicum, & cùm spuisset in oculos eius, imposuissetq[ue] ei manus, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

& superbam sue iustitia fiduciam non agnoscunt, propter quam Deo non minus exositi sunt. Omnia igitur alios indicandi audacia, nostram ipsorum salutem operemur cum timore & tremore, ne de Dei bonitate desperemus, qui infirmitatibus nostris abunde medetur per Christum Iesum, cui datur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

Philip. 2.

H O M I L I A L X V I .

Et venit Bethsaidam, & offerunt ei caecum, & precantur eum ut ipsum tangeret. Tunc apprehensa manu caeci eduxit eum extra uicium, & cum spussit in oculos eius, imposuissetque ei manus, interrogauit eum si quid uideret. Et cum suspexisset, dixit: Video homines, nam instar arborum cerno ambulantes. Deinde rursus imposuit manus super oculos eius, fecitque illum suspicere, & restitutus est, uiditque dilucide omnes. Et dimisit illum in domum suam, dicens: Neque in uicum illum ingrediaris, neque cuiquam in uico dixeris.

Argumentum  
& usus presen-  
tis loci.

Matth. 6.  
Luc. 12.

Luc. 7. 14.

Cecus Christo  
adducitur.

In Christo qua-  
renda animo-  
rum lux. non  
Deut. 18.  
Isaie 53.  
Ioan. 1. 9. et c.

Rom. 3.

**E**T si Deus regni sui mysteria per uerbum suum fideliter reuelat, simulq; de omnibus adu-  
que ad salutem nostram rationem & uitae totius conuersationem faciunt: ea tamen esse carnis  
stra caecitas, ut nec ipsi ex nobis ea percipiamus quae sunt spiritus Dei, nec etiam uerbi lucem adu-  
tamus, uel ex operum ipsius consideratione proficere studeamus. Quia enim a caelestibus caro abhor-  
ret, graue ipsi uidetur mentis oculos in illa intendere, & terrenis libentius occupatur, quae a caele-  
bus nos retrahere consueuerunt. Exemplum huius mali in discipulis habuimus, qui cum promissio-  
nes de uictu amplissimas a Christo haberent, & illum paulo ante uidissent pauculis panibus aliquos  
hominum millia cibare, tamen ubi ipse praecipuum de cauendo Pharisaeorum & Herodis sermo-  
to audiunt, nec plures uno panem se habere uident, mox de uictu solliciti esse incipiunt, & nec Christi  
promissiones in mentem reuocant, nec illius praecipuum intelligunt, quod allegoricum fuit ueritatem  
esse, uel hinc colligi poterat, quod haec in Herodis regno uersantibus nihil tale ueritatem digne  
set, & ipse non semel a pharisaeis sese inuitari passus esset. At quod illis hic accidit, nobis etiam ma-  
rarum accidere solet in ijs, quae maioris momenti sunt, & quae maxime ad Dei cultum & uita totius  
conuersationem spectant. Imo hinc murmur contra Deum, diffidentia, defectio a fide, & interdam  
horrenda flagitia originem ducunt, quod nostris rationibus intenti, Dei promissiones et praecipua  
nisi expendimus. Non temere ergo Christus discipulos grauius corripuit, ut diffidentiam hanc  
cum primis displicere & nocentissimam esse ostenderet. At quia idem nos saluos uult, non corripuit  
do, sed mox re ipsa docet, unde tanti mali remedium peti debeat. Caco enim medetur, qui hunc an-  
neris typum gerit, & sic in ipso nos lucem inuenturos esse ostendit, quae omnes ignorantiae & diffiden-  
tia tenebras discutiat. Praestat ergo singulas huius miraculi partes excutere, ut plura inde consuetu-  
nis & institutionis percipiamus.

Primo quidam caecum hunc Christo adducunt, & ut illi manus imponat, rogant. Uirginis  
iatis quidem indicium est, quod illum non aliter, quam manuum impositione, curari posse  
mant, laudem uero meretur, quod Christo illum adducunt, quem multis alijs antehac operum  
uiderant. Hinc uero generalis doctrina peti debet, animorum lucem in Christo queri debere,  
quem Deus pater iam olim constituit, ut catholicus ueritatis doctor sit, & caecorum oculos operat:  
et quem Ioannes in mundum uenisse ait, ut omnem hominem illuminet. Idem ille in Euangelio cla-  
mat: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uiae. Cal-  
luntur ergo misere, quot quot humani ingenij industria in ijs quae ad Dei regnum spectant, aliquid  
profici existimant. Extra Christum enim mere tenebrae sunt, & omnibus seculis hanc perissimam  
caecitatis & superstitionum causam fuisse constat, quod homines suo acutius freti, in diuinitate  
semetipsis sapere uoluerunt. Hoc enim in Iudaeis prophetae notauerunt, & in gentibus Paulus, & ho-  
die in regni Dei mysterijs caecissimos esse uidemus eos, qui extra Christum de illis philosophantur.

penetrant. Ad Christum ergo accedant, & illum audiant, qui vel veram diuinorum cognitionem

offert, vel inra conscientias suas diuinae gratiae fulgore illuminari cupiunt. At non ipsi modo ad Christum accedere debemus, verum etiam alios omnes illi adducere, quos ig-

nor ante tenebris irretitos videmus. Est hoc precipuum Christianae charitatis opus, & ad Dei glo-  
riam cumprimis facit, quae non alia re magis quam vera Christi et regni ipsius cognitione inter mi-  
seros mortales illustratur. Quae causa est, quod fidos & prudentes Christi ministros tantis praecomis  
scriptura celebrat, & isdem amplissimam in caelis gloriam pollicetur. Quae tamen non ad solos mini-  
stros restringi debent, sed ad omnes extendi, qui vel priuatis admonitionibus aut etiam vix exem-  
pla aliquos Christo lucrifaciunt. E contra ingens illorum scelus est, qui vel falsa doctrina miseris  
magis excacant, re quasi faciant & honorem suum tueantur: vel prauo exemplo seducunt, adeoq;  
obstant, ne ad Christum accedant. Vtrumq; nostro seculo nimis vulgare est, sed graues aliquando pe-  
nas dabit qui haec faciunt, cum & gloriae Dei officiant, & multis interitus auctores sint. Facit hoc,  
quod in lege Deus grauissimè monet, ne caeco offendiculum ponatur, & postea inter maledictiones,  
quas solemniter promulgari voluit, ista quoq; recensetur: Maledictus, qui caecum errare aut impin-  
gere facit in itinere, & dicit vniersus populus, Amen. Vide Leuit. 19. Deut. 27.

Sed Christum videamus, qui non subito medetur, re aliàs solebat, sed aliquo quasi apparatu vti  
sunt, partim vt ostendat, se nulli certo ordini astrictu esse, sed pro suo arbitratu omnia agere: partim  
vt mysterio, quod hic agebatur, totam actionem rectius accommodet. Et primò quidem extra vi-  
tam Bethsaida educit caecum, eò quod illa incredulitate & incurabili contumacia (vt apud Mat-  
thiam habetur) infamis, & proinde indigna erat, quae plura signa videret. Mundi ergo typum ge-  
nitum Bethsaida, & hoc suo facto docet Christus, ex impio & infelici mundo descendendum esse, si qui per  
Christum illuminari cupiunt. At secessio ista nec monastica est nec Anabaptistica, quando, nisi mute  
mar toti, mundum in carne nostra circumferimus, vbi cumq; locorum simus. Itaq; in hoc consistit, vt a-  
nimos nostros à mundi sensibus ad verbi Dei contemplationem reuocemus, nec imitemur impiorum  
hominum exempla, sed tam animos quam corpora nostra Deo pura & sancta seruemus. Errant hoc  
vero, qui ne parum commodi conuictores putentur, aut pro talibus habeantur qui soli pra alijs sapere  
vident, multitudinis exempli imitari solent, quasi huius auctoritas nobis coram Deo seruire possit.  
At cum mundus tenebras amet, nunquam illuminari poterunt, qui huic sequi voluerint. Quin Chri-  
stus monet, ne multitudinem secuti, per viam latam & amplam portam ingrediamur. Vide Mat. 7.  
Attamen hic diligenter obseruabis, quod caecum prehensa manu eius Christus educit. Nisi enim nos  
quod idem ille potenter trahat, à mundo nunquam diuellemur: quod olim in Lorbo adumbratu fuit,  
quem angeli è Sodomis quasi extraxerunt.

Deinde in oculos caeci inspuat, & eidem imponit manus. Externis vtiur propter eorum infirmi-  
tatem, qui illum adduxerant. Interim adumbratur nostrae illuminationis modus, & quibus medijs  
quoque ordine illam fieri oporteat. Spuito enim Dei verbum significatur, quod in Christo plenè reuelat-  
um, & per ecclesiae ministerium annuntiatum, intellectu percipi oportet. Hoc ideo in scripturis lu-  
terna dicitur, quod per hoc Deus vera illam & celestem lucem animis nostris infundat, Quo nomine  
caeci ministri lux mundi dicuntur, quod lucis istius dispensatores à Deo constituti sint. At quia ver-  
bi predicatio nuda animos penetrare & illuminare nequit, spiritus sancti operatio accedat oportet,  
quae per manuum impositionem in praesenti adumbratur. Quae de re sub agriculturae parabola admo-  
nuit diligenter Paulus in priori ad Corinthios disseruit. Et quod de Lydia in Actis dicitur, cuius  
cor Deus tetigerat, vt intenderet his quae à Paulo dicebantur, idipsam in omnibus nobis fiat oportet.  
Tertio quidem animis nostris illuminari volumus. Est enim vniersalis haec Christi sententia: Nemo  
venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et illa Pauli: Fides donum Dei est. Quibus tamen ex-  
terna verbi predicatio non abrogatur, ex cuius auditu fides nasci, idem Apostolus testatur. Haec  
vero verbi Dei studium commendant, & ad preces excitant, quibus spiritus sancti gratiam implo-  
remus, sine qua nec audiendo nec legendo quicquam proficitur.

Tertio effectus miraculi gradus quosdam habet, quibus ad suum finem vsq; procedit. Nam pri-  
mo conat non plenè caecum illuminat, sed aliquem modò oculorum vsu concedit, quo res sibi obie-  
ctas videt quidem, & illas moueri sentit, non tamen vere discernit. Homines enim se videre dicunt,

Ad Christum ad-  
ducendi sunt ca-  
tiam diij, &c.  
Matth. 24. 25.  
Dan. 12.

Christus caecò  
medetur.  
Educit ex  
tra uicium.  
Matth. 11.

1. Thef. 4.  
Ioan. 3.

Gen. 19.  
2. Insput in o-  
culos & impo-  
nit manus.

Psal. 119.  
Matth. 5.

1. Corinth. 3.  
Actorum 16.

3. Sensim &  
gradibus qui-  
busdam illu-  
minat.

ut ut  
tuelim,  
ogauit  
am in-  
ous su-  
lucide  
illum  
ibue ad  
est, can-  
bi item  
ibus car-  
que a  
i enim  
panibus  
terdis  
& ne  
m sua  
nquam  
nobi  
on & h  
& inter  
et pra  
niam h  
non corr  
que, qui  
ante & d  
inde con  
at. Vbi  
ehac op  
sto qua  
oculos  
s. Eua  
lumen  
pstant,  
hanc po  
i, in d  
e Pent  
philosof



**Epheſ. 4.**  
**1. Cor. 3.**

**Matth. 15.**

**Nu. 11. 14. 16.**

**Quid cum reſi-  
turo iam Chri-  
ſtus egerit.**

**Officia eorum  
quos Chriſtus  
illuminavit.**

**Psal. 84.**

**1. Pet. 2.**

**Matth. 12.**

inſtar arborum ambulantes. Vbi verò rursus manum admouet Chriſtus, viſus ille bene eſt poſſit reſtituitur. Habet ergo fides & hominis interni illuminatio ſua incrementa, nec ſtatim in vnum dum capaces erant. Cuius nos meminiffe oportet, ne omnes temere damnemus, in quibus admodum quid labis ſuperſtitioſi: & ne ipſi principijs contenti, ſegnes reddamur, ſed quotidie proſpicere ſtudiamur. Vult enim Dominus, vt talentis ab illo acceptis negotiemur, donec ipſe venerit, vt rationem à nobis exigat. Docemur præterea hoc typo, quanti laboris & ſtudij ſit, inueteratam animorum & carnis citatem tollere, quando ſubinde ad ea reſpicere ſolemus, quibus à pueris aſſueuimus, & multa quod die obiecta accedunt, quibus impedimur, ne aciem oculorū noſtrorum in celeſtia poſſimus intendere. Sic olim Iſraelita, etſi per Moſen quotidie erudirentur, & præclara ob oculos habere gratia Dei indicia, ſubinde tamen in Aegyptum reſpiciebāt, & ollas carnum animo verſabant. Et vniuerſos Chriſtianos homines gentilitate ſuperſtitionis veſtigia extant, in quibus gentium Lupercalia, Bacchanalia, Cerealia, Palilia & alia eius generis feſta agnoſcas, quibus non immerito aſtrogamur obſeruationes & reliquas vaticinandi artes, exorcifmos item & infinitas eiusmodi amularum præſtigias adnumerabis. Imò inter eos, quos Euangelij lux propiori fulgore illuſtrat, nō pauci reperimus, qui per ſtrictum, vt ad Papatum non mediocriter inclinent, nec videant quanta in illo errore & obſcurum lerna ſub plauſibili religionis prætextu lateat. Næque igitur ei inſeſtrentur ſtudij vobis que eſt, imprimis tamen miniſtros hęc officij meminiffe oportet, ne vñquam deſatigentur, & certum ſibi munus intermittant.

Postremò, vbi viſum homini reſtituit, domū remittit, & diſcretè prohibet, ne Bethſaida rē, nec alicui illius loci hominum, quid cum ipſo factum ſit, dicat. Nam vt mirò diximus, ad quos, quibus Chriſtus ſeſe pluribus miraculis patefaceret. Eſt autem hoc graue & horrendum Diſcretum, quando nec verbi ſui nec operum cognitione nos Deus dignatur, quādo ſine illa ſalus noſtra conſiſtere non poteſt. Interim obſeruabis, quid eos facere conueniat, quorū mentes Chriſtus verbo & ſpiritu ſuo illuminauit, eā regno tenebrarum clementer aſſeruit. Primum reſiſta cæci & inſanæ non di Bethſaida domum abeant, ad eccleſiam nimirum, quam communem omnibus pijs domum conſtituit Deus, in qua paſſer quoque & hirundo (id eſt, homines natura regi & inſtabiles, ſedum ſibi firmam & ſtabilem reperiunt. Nec ſemel modò illuc ſe recipiant, ſed curent, ne vñquam ad mandata, reuertantur. Nā qui hoc faciunt, porcis & canibus ſimiles, poſtrema ſua primis peiora eſſe experientur. Studeant præterea modèſtie, nec priuatam laudem quarant ex Dei donis, que ipſis glorioſiſſimum ſeruare debent. Oremus Deum patrem, vt hoc nouiſſimo ſeculo, quando maxima hominum pars ad tenebras & interitum ruit, in luce ipſius nobis manere, & in eadem æternum gaudere valeat, per Chriſtum Jeſum, cui debetur benedictio, honor, gloria & poteſtas in æternum. Amen.

H O M I L I A L X V I I.

Et egreſſus eſt Jeſus ac diſcipuli eius in tucos Cæſareæ Philippi: & in uia interrogauit diſcipulos ſuos, dicens eis: Quem me dicunt homines eſſe? Illi uerò reſponderunt: Ioannem Bapriſtam: & alij Eliam alij uerò unum ex prophetis. Tunc ipſe dicit eis: Vos autem quem me dicitis eſſe? Reſpondens autem Petrus dicit ei: Tu es ille Chriſtus.

**Argumentum  
& uſus præ-  
ſentis loci.**

Quoniam Apoſtoli nuper magnam fidei ſuæ infirmitatem prodiderunt, quando illi Dominus à fermento Phariſæorum & Herodis ſibi cauere iuſſit, & propter illum graues ceceprepi & reprehendi ſunt, modò cum illis nouam tractationem Chriſtus inſtituit, qua illos in uera ſub aduerſus varias & incertas mundi ſententias confirmat. Et primò quidam ueram fidei conſiſtenciam ab illis elicit. Deinde, quid ipſe noſtræ ſalutis ergò cum facturus cum paſſurus ſit docet. Poſtremò monet, quid eos facere conueniat, qui ſalutis, quam nobis acquiſiuit, conſortes fieri uolunt. In poſtremo uerò primam modò partem uidebimus, qua abundè docemur, quia noſtro ſeculo inter uerum